

Ant. Magnificat., Feriis tertiis Ant. Exsultávit., Feriis quartis Ant. Respexisti., Feriis quintis Ant. Depósuit., Feriis sextis Ant. Suscépit.

✚ Idem fiat Feriis a Septuages. usque ad Fer. iv. in Capite jejunii, præter Antiphonas ad Magn., quæ propriis locis per suas hebdomadas dicendæ notantur.

✚ Fer. iv. in Capite jejunii et duabus sequentibus, Capitulum Convertimini, quod eadem Feria iv. notatum est; Hymnus Lucis Créator., tono feriali, V. Dirigátur., ut Feriis post Oçt. Epiphaniæ; ad Magn. Ant. propria.

✚ Fer. ij. post Dom. j. Quadrages. et deinceps Feriis usque ad Dom. in Passione, Capitulum Convertimini., ut Fer. iv. in Capite jejunii; Hymnus Audi bénigne Cónditor., V. Angelis suis., ut Sabb. ante Dom. j. Quadrages.; ad Magn. Ant. propria.

✚ Fer. ij. post Dom. in Passione et deinceps Feriis usque ad Cenam Domini exclusive, Capitulum Tu autem Dómine Sábaoth., Hymnus Vexílla Regis., V. Eripe me Dómine ab hómine malo., ut Sabb. ante Dom. in Passione; ad Magn. Ant. propria.

✚ Fer. ij. post Oçt. Paschæ, et deinceps Feriis usque ad Dom. iv., super Psalmos Feriæ currentis cantetur Ant. sequens, quæ est unum Allelúia :

Ant. 

iv. 

toni. ALLELU-IA. e u ó u a e.

Capitulum Christus resúrgens., Hymnus Ad cenam Agni próvidi., V. Mane nobiscum., ut Sabb. in Albis; ad Magn. Antiphonæ, quæ propriis locis per suas hebdomadas dicendæ notantur.

✚ Fer. ij. et Fer. iij. in Rogationibus, omnia dicantur ut Fer. ij. post Oçt. Paschæ, præter Ant. ad Magn., ut suo loco dicitur.